Nr. 4378.

CURRENDA XIX.

A. D. 1873.

N, 206. pr.

Communicatur Venerabili Clero diœcesano pro notitia Constitutio Summi Pontificis Pii IX. super vicariis capitularibus, nec non electis et nominatis ad sedes episcopales vacantes cujus tenor est:

SANCTISSIMI IN CHRISTO PATRIS ET DOMINI NOSTRI DOMINI

PII

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE IX.

CONSTITUTIO

SUPER VICARIIS CAPITULARIBUS NEC NON ELECTIS ET NOMINATIS AD SEDES EPISCOPALES VACANTES.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Romanus Pontifex, pro munere sibi divinitus collato regendi ac gubernandi universam Christi Ecclesiam, non solum SS. Canonum observantiam urgere, sed etiam illorum certum et authenticum sensum declarare satagit, si quando quidpiam dubitationis in aliquo occurrat, ne diversis interpretationibus materia praebeatur, atque inde Ecclesiasticae disciplinae unitas rumpatur, cum magno Ecclesiastici regiminis detrimento.

Sane juxta antiquam Ecclesiam disciplinam, Sede Episcopali vacante, Dioecesis administratio ad Capitulum Cathedralis Ecclesiae devolvitur; quod olim per se ipsum Dioecesim, toto tempore, quo Sedes vacabat, administrare poterat, vel uni, aut pluribus Dioecesim administrandam committere, libera eidem relicta potestate deputatos eligendi, eisque delegatam jurisdictionem, sive quoad usum, sive quoad tempus arctandi, et constringendi.

At vero Concilii Tridentini Patres animadvertentes gravissima, quae passim oriebantur incommoda ex administratione viduatae Ecclesiae coetui personarum diversi fere ingenii concredita, ad ea vitanda sapienter decreverunt: ut *Capitulum, sede vacante, Officialem seu Vicarium, infra octo dies post mortem Episcopi, constituere, vel existentem confirmare tomnino teneatur, qui saltem in jure canonico sit Doctor, vel Licentiatus, vel alias quandum fieri poterit idoneus. Si secus factum fuerit ad Metropolitanum deputatio hujusmodi fevolvatur, et si Ecclesia ipsa Metropolitana fuerit, aut exempta, Capitulumque, ut praeertur, negligens fuerit, tunc antiquior Episcopus ex suffraganeis in Metropolitana, et propinquior Episcopus in exempta, Vicarium possit constituere.* (1)

Hujusmodi vero decretum varie interpretati sunt privati canonicarum rerum scriptores. Quidam enim censuerunt posse Capitulum in constituendo Vicario aliquam jurisdicionis partem sibi reservare; alii putaverunt fas esse Capitulo ad certum tempus Vicarium deputare; nec defuerunt qui arbitrati sunt, licere Capitulo Vicarium pro arbitrio removere, et alium substituere.

Recensitae Scriptorum sententiae a nonnullis Capitulis libenter exceptae sunt: quo factum est, ut in hac re tam magni momenti disciplinae uniformitas deficeret, et Tridentinum decretum optatum finem plene non attingeret. Quamvis autem SS. Urbis Congregationes has sententias, suis responsis in casibus occurrentibus, pluries reprobaverint, ita ut ex earum responsis manifeste appareat, quae fuerit mens Patrum Tridentinorum in edendo decreto superius relato; attamen cum nondum omnia ubique ad eam mentem exigi videamus, ad submovendam prorsus quamlibet dubitationis causam vel obtentum, iisdem responsis et declarationibus Apostolicae auctoritatis robur adjiciendum censemus. Quocirca Motu proprio, ac certa scientia, et matura deliberatione Nostris deque Apostolicae Pote-, statis plenitudine declaramus et decernimus: totam ordinariam Episcopi jurisdictionem, quae vacua Sede Episcopali ad Capitulum venerat, ad Vicarium ab ipso rite constitutum omnimo transire; nec ullam hujus jurisdictionis partem posse Capitulum sibi reservare, neque posse ad certum et definitum tempus Vicarium constituere multoque minus removere, sed eum in officio permanere quousque novus Episcopus Litteras Apostolicas de collato sibi Episcopatu Capitulo, juxta Bonifacii VIII Praedecessoris Nostri Constitutionem, (2) vel Capitulo deficiente, ei exhibuerit, qui, ad normam SS. Canonum, vel ex speciali S. Sedis dispositione, vacantem Dioecesim administrat, vel ejusdem Administratorem, seu Vicarium deputat.

Quamobrem pro nullis habendae sunt limitationes; seu quoad jurisdictionem, seu quoad tempus adjectae a Capitulo electioni Vicarii Capitularis, qui idcirco, iis non obstantibus, officium semel sibi rite collatum, toto tempore, quo Sedes Episcopalis vacua

---

(1) Sess. 24. Cap. 16. de Reform.

(2) Extravag. *Injunctae* de Electione inter comm.

fuerit, totamque ordinariam jurisdictionem Episcopalem libere et valide exercere perget, donec novus Episcopus Apostolicas canonicae suae institutionis Litteras, ut diximus, exhibeat.

Hac autem occasione declaramus etiam, et decernimus ea, quae a Gregorio X Decessore Nostro in Concilio Lugdunensi 2. de electis a Capitulis, constituta sunt (1) comprehendere etiem nominatos, et praesentatos a Supremis publicarum rerum Moderatoribus, sive Imperatores sint, sive Reges, sive Duces, vel Praesides, et quomodocumque nuncupantur, qui ex S. Sedis concessione, seu privilegio jure gaudent nominandi, et praesentandi ad Sedes Episcopales in suis respectivis ditionibus vacantes, abolentes idcirco, cassantes, et penitus annullantes usum, seu potius abusum sub quovis titulo, vel praetenso et asserto privilegio, quaesito colore, et quacumque causa, licet speciali et expressa mentione digna, in quibusdam Regnis seu regionibus praesertim longinguis invectum, quo Capitulum Ecclesiae Cathedralis vacantis obsequens invitationi seu mandato, licet verbis deprecatoriis concepto, supremae civilis potestatis concedere, et transferre praesumit, ac de facto concedit et transfert in nominatum et praesentatum ad eamdem Ecclesiam illius curam regimen et administrationem, eamque nominatus et praesentatus sub nomine Provisoris, Vicarii Generalis, aliove nomine gerendam suscipit ante exhibitionem Litterarum Apostolicarum, uti superius dictum est, de more faciendam, remoto proinde Vicario Capitulari, qui ex juris dispositione toto tempore vacationis Ecclesiae eam administrare ac regere debet. Confirmantes autem alia etiam Decessorum Nostrorum, et praesertim sa me: Pii VII Decreta et dispositiones, declaramus et decernimus; ut si interea Vicarius Capitularis decesserit, aut sponte sua muneri renuntiaverit, aut ex alia causa officium ipsum legitime vacaverit, tunc Capitulum, vel Capitulo deficiente, qui potestatem habet deputandi vacantis Ecclesiae Administratorem, seu Vicarium, novum quidem Vicarium, vel administratorem eligat, nunquam vero electum in Episcopum a Capitulis, aut a laica potestate nominatum seu praesentatum ad dictam Ecclesiam vacantem, cujus electionem ac deputationem, si eam Capitulum, vel alius, uti supra, peragere praesumpserit cassamus annullamus, et omnino irritam declaramus.

Confidimus autem Dignitates, et Canonicos Cathedralium Ecclesiarum vacantium, ac illos qui, deficientibus Capitulis, Vicarios deputant, aut vacantes Ecclesias legitime administrant, plene exequuturos quae hisce Nostris Litteris declarata et decreta sunt; ubi vero, quod Deus avertat, ea exequi detrectaverint, ac concedere et transferre in nominatum et praesentatum ad eamdem Ecclesiam ejus curam, regimen et administrationem sub quovis titulo, nomine, quaesito colore ausi fuerint, praeter nullitatem jam decretam praedictae concessionis et translationis, praefatos Canonicos ac Dignitates excommunicationis majoris, nec non privationis fructuum Ecclesiasticorum beneficiorum quorumcumque, aliorumque

---

(1) Cap. *Avaritiae* de Electione in 6.

reddituum Ecclesiasticorum per eos respective obtentorum, similiter eo ipso incurrendis poenis innodamus, et innodatos fore decernimus et declaramus; ipsarumque poenarum absolutionem seu relaxationem Nobis et Romano Pontifici pro tempore existendi dumtaxat specialiter reservamus.

In easdem poenas pariter reservatas ipso facto incurrunt nominati, et praesentati ad vacantes Ecclesias, qui earum curam, regimen, et administrationem suscipere audent ex concessione, et translatione a Dignitatibus et Canonicis aliisque, de quibus supra, in eos peractam, nec non ii, qui in praemissis paruerint, vel auxilium, consilium, aut favorem praestiterint, cujusque status, conditionis, praeminentiae, et dignitatis fuerint.

Praeterea Nominatos, et praesentatos jure, quod eis per nominationem et praesentationem forte quaesitum fuerit, decernimus eo ipso privatos.

Si vero aliqui ex praedictis Episcopali charactere sint insigniti in poenam suspensionis ab exercitio Pontificalium, et interdicti ab ingressu Ecclesiae ipso facto, absque ulla declaratione incidunt, S. Sedi pariter reservatam.

Insuper quaecumque a sic nominatis et praesentatis in administrationem vacantium ecclesiarum intrusis fiant, mandentur, decernantur et ordinentur cum omnibus et singulis inde quovis modo sequutis, et quomodocumque sequuturis omnino nulla, invalida, inania, irrita, et a non habentibus potestatem damnabiliter attentata, et de facto praesumpta, nulliusque valoris, momenti, et efficaciae esse, et perpetuo fore tenore praesentium declaramus et decernimus, illaque damnamus et reprobamus.

Haec volumus, statuimus, ac mandamus decernentes has Nostras Litteras, et omnia in eis contenta nullo unquam tempore a nemine cujusque conditionis, et dignitatis etiam Imperialis, et Regiae, sub quovis titulo, quaesito colore, ac praetenso et asserto privilegio, quod si forte sit, cassamus, et annullamus, infringi, impugnari, vel in controversiam revocari posse, sed semper firmas et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus semper sortiri et obtinere debere. Non obstantibus Apostolicis generalibus vel specialibus Constitutionibus et ordinationibus, ac Nostris et Cancellariae Apostolicae regulis, praesertim *de jure quaesito non tollendo*, caeterisque etiam speciali mentione dignis contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut facta harum Litterarum publicatione per affixionem transumptorum ad valvas Basilicarum Urbis, omnes ubique Fideles, ad quos spectat, qui quomodocumque noverint eas, prout dictum est, Romae fuisse promulgatas, ad earum exequutionem perinde obstringantur, ac si personaliter singulis notificatae fuissent.

Volumus pariter, ut earumdem praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu tamen alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides, ubique locorum habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum declarationis, decisionis, annullationis, irritationis, statuti, praecepti, mandati et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis vero hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae Millesimo Octingentesimo Septuagesimo tertio, quinto Kalendas Septembris, Pontificatus Nostri Anno Vigesimo octavo.

F. CARD. ASQUINIUS

C. GORI SUBDATARIUS

VISA

De Curia J. De Aquila e Vicecomitibus

Loco † Plumbi

I. Cugnonius

Reg. in Secretaria Brevium.

Anno a Nativitate Domini Millesimo Octingentesimo Septuagesimotertio Die vero V. Mensis Octobris Indictiona I. Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris et D. N. D Pii divina Providentia Papae IX. Anno XXVIII. supradictae Litterae Apostolicae affixae et publicatae fuerunt ad Valvas Basilicarum majorum Urbis per me Vincentium Benaglia Apostolicum Cursorem.

Philippus Ossani Magister Cursorum.

N. 3648.

A. R. Josephus Twarog parochus in Chyrów exhibuit Nobis litteras fidem facientes: se recepisse quotam collectam 171 fl. 46 cent. v. a. in Nostra dioecesi, pro se Ecclesiae parochialis in Chyrów reaedificandae colectam, et piis benefactoribus gratias exhibet.

Consist. Ep. Tarn. 27. Nov. 1873.

N. 3771.

Ex parte Unionis Pianae ad Ecclesiam S. Mariae Magdalenae Romae, fit contestatio super recepto quanto 438 franc. et 96 cent. in auro pro litteris sortis, in favorem istnis Unionis.

E Consist. Ep. Tarn. 30. Octobr. 1873.

N. 3734.

Relig. Clemens Kobak pater provincialis ordinis Minonitarum contestatur se recepisse quotam 50 fl. 50 cent. v. a. in subsidium Ecclesiae hujus ordinis in Krosno restaurandae, in Nostra dioecesi collectam, et gratum animum piis benefactoribus pandit.

E Consist. Ep. Tar. 30. Oct. 1873.

N. 3671.

Józef Wodziński obecnie organista przy kościele parafialnym w Krzyżanowicach stara się o posadę organisty przy innym kościele.

Z Kons bisk. Tar. 30. paźdz. 1873.

L. 56 szk.

Wielebnemu Duchowieństwu podajemy do uprzejméj wiadomości następującą odezwę Prześw. c. k. Rady szkolnej krajowéj z tym z Naszéj strony dodatkiem iżby pomne wysokiego posłannictwa swego a w szczególności pamiętając na święty obowiązek szerzenia oświaty ludowéj t. j. oświaty chrześciańsko-katolickiej wszędzie i zawsze interesa szkoły popierać zechciało.

L. 10061.

W myśl ustaw krajowych z dnia 2. maja b. r. mają być szkoły ludowe w całym kraju na nowych zupełnie podstawach urządzone.

Do czynności reorganizacyjnych wezwano już c. k. Rady szkolne okręgowe, które przedwszystkiem zajmą się co do każdej szkoły badaniem warunków, od których nowa ustawa urządzenie szkoły czyni zawisłem. W tym celu będą prawie do każdej miejscowości szkolnej wysyłani delegaci, którzy, utworzywszy komisye na miejscu, sprawdzać mają protokolarnie okoliczności tyczące się założenia i urządzenia szkoły, liczby dzieci do nauki obowiązanych i t. p.

We wszystkich tych czynnościach mogą być delegatom władz szkolnych plebani miejscowi bardzo pomocni, jużto dostarczając im potrzebnych dat jużto wpływając z mocy poważnego stanowiska swego na przedstawicieli gminy, ażeby się sprawami szkolnemi należycie zajęli.

Rada szkolna krajowa mniema, iż wydane w tym kierunku polecenie do księży plebanów odniosłyby pożądany skutek i przyczyniłoby się niemało do ułatwienia czynności reorganizacyjnych i żywiąc zaś głębokie przekonanie, że dla spraw podniesienia oświaty ludowéj tak Najprzewielebniejszy Konsystorz jak i całe duchowieństwo jak najżyczliwiej jest usposobione i chętnie pomocnej ręki do możliwego przeprowadzenia ich udzieli, pozwala sobie prosić Najprzewielebniejszy Konsystorz, ażeby duchownym swej dyecezyi działania komissyi i delegatów szkolnych w sprawach tyczących się reorganizacyi szkół jak najusilniej popierać polecił.

Lwów dnia 20. listopada 1873.

Gołuchowski, w. r.

Biskupiego, Tarnów 2. grudnia 1873.

Wykaz

sprawionych, poprawionych i t. d. rzeczy kościelnych, tudzież ulepszeń w budowlach tak kościelnych jako plebańskich i szkolnych od 1. stycznia 1869. aż do końca r. 1872. w Dekanacie Nowo-Sądeckim.

I. w Chomranicach, a) Z strony konkurencyi sprawiono dwoje drzwi nowych do plebanii za 12. złr., Organy odmalowano i odzłocono za 20. złr. sprawiono dwie tablice i dwa stoły do szkoły za 12. złr. b) z dobrowolnych ofiar sprawiono czerwone sukno jako nakrycie wozu do chorych za 13 złr., dwa konfesyonały nowe za 60 złr., dwanaście świeczników mosiężnych za 22 złr., sukno niebieskie przed wielki ołtarz za 16 złr., a ks. Pleban dołożył 6 złr, P. Zefiryn Znamięcki kazał własnym kosztem pobić sygnaturę blachą za 127 złr. 9 cnt, P. Józefa Marynowska sprawiła szarfy do chorągwi za 4 złr, na nowe ocębrowanie i nakrycie studni dał P. Eugeniusz Zieliński materyał 6 złr, ks Pleban dołożył 4 złr. a w. c) Z oszczędności własnej oprócz powyższych dodatków ks. Pleban sprawił nową ambonę za 300 złr., schowanie na Oleje śś. za 1 złr, rynnę blaszaną do dachu nowej plebanii 10 złr, kociołek na wodę święconą pobielono 1 złr. 40. cnt, kurend sześć roczników kazał oprawić 1 złr. 80 cnt., sprawił dwoje drzwi do plebanii za 10 złr. a. w. Ogółem wydano w tym czasie 620 złr. 29. cnt. a. w. —

II. w Jakubkowicach, a) sprawiono kanony na wielki ołtarz za 7 złr. b) ołtarz S. Sebastyana odmalowano na biało, wyzłocono rzeźby, kapitele, kolumny, dano ramy nowe, jedne do obrazu S. Sebastyana, drugie do obrazu który ma bydź na zasufce, podawano dwa nowe blatramy, odnowiono 30 lichtarzy, katafalk pomalowano, kamienną chrzcilnicę już dawniej sprawioną za 258 złr. 85 cent. c) sprawiono lampionarz przed wielki ołtarz, drugi przed ołtarz N. M. P., trzeci przed ołtarz S. Józefa za 123 złr. 20 cent. d) sprawiono Mszał okazały za 53 złr. e) krzesło dla celebransa obito nową materyą za 12 złr. 50 cent. f) oprawiono metryki, kurendy z kilku lat za 8 złr. g) ponaprawiano kapy, ornaty, bursy za 5 złr. 70 cnt. h) reparacya około kapliczek na cmentarzu 6 złr. 50 cent., i) kupiono sześć forsztów dębowych na gradusy wielkiego ołtarza za 16 złr., k) przez te lata pokryto częściowo stodołę, stajnią, naprawiono opłotki, postawiono dwa nowe piece, kuchnię angielską odnowiono za materyał, robotnika, majstra wydano przeszło 126 złr. Razem wydano w tym czasie przeszło 616 złr. 75 cent. a w. Na to było z fundacyi 112 złr. z ofiar od parafian 202 złr. 90 cent. resztę 301 złr. 85 cent. z własnej oszczędności dołozył ks. Pleban.

III. w Kamionce wielki, a) Z strony konkurencyi ponaprawiano słomą dach na stodole za 23 złr., szkołę i pomieszkanie organisty za 28 złr. 86 cent., z restau-

rowano chlewy za 14 złr., poprawiono dach na stodole za 15 złr. 75 centów. b) z dobrowolnych ofiar; sprawiono chorągiew za 28 złr. Jan Kuczek przyozdobił ambonę szopką za 24 złr. c) Z oszczędności ks. plebana, wyzłocono kielich, wysrebrzono pacifikał, oczyszczono lampionarze, turybularz i lichtarze za 13 złr. 15 cent. wtę kwotę wchodzą 3 złr. 67 cent. z ofiar dobrowolnych, postawiono dwa nowe piece na plebani za 17 złr. 36 cent. ponaprawiono okna na plebanii za 3 złr. 84 cent. Wydano w tym czasie ogółem 166 złr. 86 cent. a. w.

IV. w Kamionce mały. a) Sprawiono ornat biały za 27 złr. gmina dała na materyą 18 złr. ks. exposyt zapłacił robotę 9 złr. i oprócz tego sprawił z własnej oszczędności ornat fioletowy za 17. złr. pp. Zakonnice z starego Sącza darowały do kościoła, albę, kilka korporałów, purifikatorzy, poduszkę na ołtarz i kolumnę do ornatu b) Obrus ręcznej roboty i tuwalnię darowała p. Kozłowska z Rożdziela, e) gradusy w liczbie 18 ułatwiające wchód do kościoła sprawiono za 60 złr. gminy dostarczyły materyał. f) Wybudowano pomieszkanie dla dusz pasterza z zabudowaniemi gospodarskiemi. Gmina dała materyał, robotników i gotówki około 500 złr. ks. exposyt dawał majstrowi wikt i gotówką dołożył przeszło 100 złr., g) Z dobrowolnych ofiar sprawiono rzeźbiony feretron za 35 złr. a. w. Wydatki złożone przez gminę dla dobra kościoła w przeciągu dwóch lat wynoszą przeszło 2000 złr. a. w.

V. w Męcinie. a) z strony konkurencyi zreparowano wewnątrz budynek mieszkalny plebana za 202 złr., b) pleban dołożył do wspomnionéj reparacyi 42 złr. i sprawił z własnej oszczędności nowe blachy do kuchni za 9 złr. a. w. stodołę w części słomą poszył za 12 złr. 50 cent. sprawił dwoje drzwi do piwnic z rekwizytami za 2 złr. 50 cent., dał dyle do końskiéj stajni za 9 złr. 50. cent. przestawił w kuchni dwa piece 13 złr. 90 cent., dał podłogę w spiżarni za 18 złr., nowe dyle do krowskiej stajni 18 złr. c) Z dobrowolnych ofiar sprawiono krzyż przed ołtarz M. B. Różańcowej za 2 złr. 60 cent. Sześć lichtarzów z żółtej blachy za 30 złr. Lampionarz przed ołtarz M. B. Różańcowéj za 8 złr. Wydano w tym czasie ogółem 350 złr. 40 centów.

(*Ciąg dalszy nastąpi.*)

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae die 16. Decembris 1873.

JOSEPHUS ALOJSIUS,

Episcopus Tarnoviensis.

Tarnoviae 1873. Typis A. Rusinowski, Typographi ad honores Episcopalis. Impensis Consistorii.